

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Reverendissimo & Celsissimo Domino, D. Jodoco Edmundo S. R. I. Principi,
Hildesiensi Episcopo, &c. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

Reverendissimo & Celsissimo Domino;
D. JODOCO EDMUNDO
S. R. I. Principi, Hildesiensi
EPISCOPO, &c.
Domino suo Clementissimo.

Reverendissimo & Celsissimo Domino,
D. HERMANNO WERNERO
S. R. I. Principi, Episcopo Pa-
derbornensi, &c. Cathedralis
Ecclesiae Hildesiensis
PRÆPOSITO.

Reverendissimo & Perillustri Domino
MAXIMILIANO HENRICO JOSEPHO
L. B. de & in WEICHS,
Cathedralis Ecclesiae Hildesiensis DECANO.

Reverendissimo & Perillustri Domino
CHRISTIANO THEODORO
à PLETTENBERG SCHOLASTICO.

Reverendissimo & Perillustri Domino
NICOLAO EVERHARDO
à SCHNETLAGE SENIORI.

Ceterisque Reverendissimis ac Perillustribus ejusdem Cathedralis Ecclesiae
DD. Canonicis Capitularibus,
Dominis suis Gratosissimis.

Præ-



DEDICATIO.

Ræcelfas Ecclesiarum Ca-
thedralium turres exornare so-
let Horologium mole majus , ar-
ièque præstantius, secundum quod cætera
Civitatis horologia minora diriguntur :
quo aberrante, facilè aberrant , quo reætè
currente ac sonante, rectè & ipsa incedunt
ac resonant. Ejusmodi Horologia grandia
non immeritò Episcopos, Præpositos, De-
canos, ceterosque Ecclesiarum Cathedra-
lium Prælatos ac Canonicos Capitulares
esse dixerim ; à provida supremi Horolo-
giarii manu in honorum fastigio colloca-
tos; ut Clericos, aliósq; subditos sibi com-
missos faciliùs dirigant ; atque ab iisdem
velut ex eminentiore loco commodiùs &
conspiciantur oculis, & auribus percipi-
antur. Illorum mores & vita , si velut rotæ
Horologii perfecti, ordinatè moveantur;
subditi tanquam horologia minora , ad
suum principale directi, nullo negotio in-
sequuntur; ac rectè loquendo , Deumque
laudando rectè sonant: justè & piè viven-
do, justas piásque omnium horarum actio-
nes exhibent , ac vitæ periodum sine of-
fensa decurrunt.

Rev.

DEDICATIO.

5

Reverendissimi ac Celsissimi Principes:
nec non Reverendissimi ac Perillustres
Domini: cùm circumspicerem quibusnam
Patronis Horologium hoc spirituale de-
dicarem; non una occurrit ratio, haud aliis,
quàm vestris sacratis, gratosissimisq; ma-
nibus illud, quàm demississimè offerendi.

Et Prima quidem fuit, jam ante insinua-
ta: cùm enim Celsissimæ & Reverendissi-
mæ, Perillustres & Gratosæ Dignitates ve-
stræ in Ecclesia Hildesiensi sublimum in-
star Horologiorum emineant; quæ in cho-
ro & foro, pedo & gladio, potestate & sol-
licitudine, consilio & auxilio, verbo & ex-
emplo subditos dirigant; in animum in-
duxi meum, Libellum hunc cœlum Horolo-
giolum quoddam sciaticum ac solare
Vobis velut Horologiis majoribus, non
tam in horto, quàm in oratorio templōve
posse deservire, ad horas diurnas ordinan-
das, functionesque Ecclesiasticas ad perfe-
ctionis Christianæ amussim peragendas;
eo fine, ut quemadmodum ceteris digni-
tate & honore præstatis; ita & perfectione
operum & sanctitate præcellatis; imple-
tes illud Ecclesiastici monitum c. 33. *Ia*

A 3

omnis

*omnibus operibus tuis præcellens esto: non
sine ingenti gloriæ divinæ & propriæ in
cœlis obtinendæ incremento. Vos enim
estis in Hierarchia Ecclesiastica apice col-
locati, Episcopi, Principes, Duces, Magi-
stri, Medici, & Pastores Fidelium, non mo-
dò secularium, verùm etiam Sacerdotum
& Ecclesiasticorum. Vos Dei Altissimi vi-
ces geritis: quemadmodum enim Is., ut
docet S. Dionysius Areop. Hierarch. An-
gel.c. 5. *Est summa puritas, summa lux &*
summa perfectio, purificans, illuminans &
perficiens suas creaturas, Angelos & Ho-
mines: ita & Vos munditiâ vitæ, lumine
scientiarum & splendore virtutum ex of-
ficio subditos vestros, Angelos & Homi-
nies; id est Sacerdotes & seculares, purgatis,
illuminatis, perficitis: quo quid esse potest
excellentius aut sublimius? siquidem ut l.
c. ait S. Dionysius: nihil divinus, quam
Dei esse adjutorem. Quam verò hoc mu-
nus arduum sit, vel ipsum Concilium Tri-
dentinum innuit sess. 6. Decreto de Re-
form. c. 1. Ecclesiarum regimen & Prala-
tionem appellans: Onus Angelicis hume-
ris formidandum: horrendum enim est,
*inquit**

DEDICATIO:

inquit, tot animarum onus portare, & ea-
rum omnium rationem reddere debere.

Ratio altera ad inscribendam Nominis
& honori vestro hanc opellam meam fuit,
ut authoritate & exemplo vestro ; etiam
Sacerdotes & Clerici, tam Vobis commis-
si, quam alii plurimi, officia sua Sacerdo-
talia & Clericalia in pondere, numero, &
mensura perfectè obirent , Concilii Tri-
dentini jussis obsequentes. sess. 22. c. I. de
Reform. Sic decet omnino, Clericos infor-
tem Domini vocatos , vitam, moresq; suos
componere. ut habitu, gestu, incessu, sermone
aliisq; omnibus rebus, nil nisi grave, mode-
ratur, ac religione plenum præ se ferant.
Quin & eò collimavit intentio mea, ut Se-
cularibus quoq; hoc Horologiolum (pau-
cis vel mutatis vel omissis) horarum, nego-
tiorum, studiorum, & vitae rectè instituen-
dæ ordinem, modumque indicarer; potissi-
mum verò, precationis & intentionis, ex-
homologeseos & Synaxeos, auditionis Sa-
cri & examinis, aliarumq; actionum spiri-
tualium praxes suppeditaret. Atque hi à
Sacerdotum sanctè viventium (qui sunt
Lux mundi, Sal terræ, Speculum vitae, for-

mā gregis, & populi amissis) potenti ex-
emplo animati, ad vitæ perfectioris nor-
mam & imitationem excitarentur : nam
ut fatetur prædictum Concilium Trid-
i. c. Nihil est, quod alios magis ad pietatem
& Dei cultum assidue instruat, quam eo-
rum vita & exemplum, qui se divino mi-
nisterio dedicarunt: cum enim à rebus seo-
culi in altiorem sublati locum conspician-
tur, in eos tanquam in speculum reliqui
oculos conjiciunt, ex eisque sumunt, quod
imitentur.

Tertia denique ratio me impulit; ut
scilicet, ob tot, tantaque beneficia, à Præ-
sulibus, totoque Cathedrali Capitulo ve-
stro in hoc Collegium nostrum (in quo
me obedientia collocavit) indefinenter
profecta, animum gratum demonstrarem:
operâ enim & favore vestro Anno 1587.
in subsidium huc evocati primi Societatis
nostræ operarii, ut hæresi invalescenti, unâ
Vobiscum sese opponerent. Sub umbra
vestra varios inter turbines & tempestates,
Societas nostra Hildesiensis primum secu-
lum feliciter emensa, & secundum recen-
ger ingressa est. Sub umbra vestra hactenus
pacatè

pacatè requiescit Collegium , viget tem-
plum, floret Gymnasium. Quidni igitur
Celsissimi Principes, & Perillustres Domi-
ni, Horologium hoc Sacerdotale, in gra-
tiosissimas manus vestras demississimè con-
signem; ut fines antedictos, protectione &
favore vestro, assequatur? Suscipe igitur
benevolè munusculum hoc in grati animi
signum & observantiæ perennis mnemo-
synon; nec illud intueri subinde, dedian-
mini: si enim & à Vobis præsertim portari,
manibus teri, atque oculis usurpari cum
fructu spirituali & immortali merebitur;
singularibus quodammodo radiis illustra-
tum , inauratumque se jure existimabit.
Faxit id Divina Bonitas, Vestrasque Celsi-
tudines ac Dignitates diu sospiter, ac ser-
vet incolumes. Èa spe fretus finio, per-
mansurus,dum vivam.

Reverendissimarum & Celsissimarum,
Reverendissimarum quoque & Perillustrium
Dominationum Vestrarum

Servus in Christo humilissimus

JOANNES DIRCKINCK S. J.

A S

AP-